Possessor: Comes Franciscus Vigyázó emit anno 1900 ab domo Gilhofer et Ranschburg, idem testamentaliter legavit Academiae Scientiarum Hungaricae anno 1928. (Vigyázó 6722.)

Incipit: "Incipit prologus in Formulam nouiciorum fratris dauid..."

Explicit: "Explicit frater dauid ordinis minorum...per me fratrem g.K. Anno 1.5.18".

## II. Libri II. et III.

Chart. Impr. (Parisiis, post annum 1507.) Ed. Jehan Petit. fol. (4) CXX

Possessor: "Pro Conuentu Viennensi S. Hieronymi. 1658." - Vigyázó, vide sub I.

**Annotaciones:** Manuscriptum cum libro impresso tantum postea colligatum esse videtur, quia possessor in pagina prima libri impressi secundo loco colligati inscriptus apparet. - Olim in collectione impressorum Bibliothecae Academiae Scientiarum Hungaricae sub signatura Theol. O. 4395 assertabatur.

## K 426

(Signatura vetus: Latin Codex 8<sup>o</sup> 23.)

## BREVIARIUM ROMANUM AD USUM FRATRUM MINORUM

Saec. XV/2. - Italia

Membr. - mm 128x91 - fol. I-VI, 449, VII

[6], 1 - 11<sub>5</sub>, 12 - 13<sub>6</sub>, 14 - 19<sub>5</sub>, 20<sub>6+5</sub>, 21 - 27<sub>5</sub>, 28<sub>4</sub>, 29 - 41<sub>5</sub>, 42 - 44<sub>6</sub>  
 [1] - Lineae 30-31. - Foliatio antiqua, sed non contemporanea exstat. - Reclamante instructus.

Scriptura: Gothicca textualis

Scriptor: ignotus. - Rubricatio obvenit.

Ornamenta: Ferrarae confecta sunt. Fol. 1<sup>r</sup> in clavo marginali coloribus pluribus aureoque adhibitis depicto caprea quiescere et stare videtur, monogramma IHS, in parte inferiore mediaque armorum insignia apparent, quibus clavus aureus atque corona laurea est circumdata. In littera initiali S. Paulus depictus est. (mm 20 x 25). Litterae initiales figurales, ornamentis marginalibus decoratae coloribus pluribus aureoque adhibitis: fol. 196<sup>r</sup> David (mm 19 x 21); fol. 284<sup>r</sup> S. Saturninus (mm 15 x 17); 421<sup>r</sup> S. Petrus (mm 20 x 21), ibidem in clavo marginali monogramma IHS exhibetur. Litterae initiales pluribus coloribus aureoque depictae: 23<sup>v</sup>, 42<sup>r</sup>, 121<sup>r</sup>, 145<sup>r</sup>, 153<sup>v</sup>, 203<sup>v</sup>, 206<sup>v</sup>, 214<sup>r</sup>, 220<sup>r</sup>, 225<sup>v</sup>, 234<sup>r</sup>, 240<sup>v</sup>, 249<sup>r</sup>, 255<sup>r</sup>, 256<sup>r</sup>, 257<sup>r</sup>, 259<sup>r</sup>, 260<sup>r</sup>, 261<sup>r</sup>, 262<sup>r</sup>, 263<sup>v</sup>, 265<sup>v</sup>, 267<sup>v</sup>, 268<sup>v</sup>, 372<sup>r</sup>, 384<sup>r</sup>. Litterae primae caeruleae, quibus ornamenta rubra calamo delineata adiunguntur, occurrunt permultae; litterae primae colore violaceo decoratae exstant.

Armorum insignia: indefinitiva. Scutum divisum, cuius in parte superiore nigra, inferiore alba arbor florens radicosa cernitur.

**Compactura:** Ex holoserioco rubro in subnigrum vergenti confecta est (saec.

**XIX.) Resectio aurea.**

**Possessor:** Ab antiquario Ludwig Rosenthal emit Comes Franciscus Vigyázó anno 1907. Idem testamentaliter legavit Academiae Scientiarum Hungaricae anno 1928. (Vigyázó 876.)

**Annotationes:** Tempus codicis conficiendi indicat festum Bernardini Senensis iam in Kalendario repertum (qui in sanctorum numerum anno 1450 relatus est) atque Transfiguratio (ab anno 1457 celebrata). – Licet Kalendarium prioritates Franciscanas non habet – tantum dies S. Francisci (4. Oct.) litteris rubris exaratus est – , in proprio sanctorum de Franciscanis tamen lectiones IX occurunt: S. Franciscus, Translatio S. Francisci, Antonius de Padua, Translatio Antonii de Padua, Ludovicus ep. Ad diem S. Francisci et octava pertinet. Etiam festum sanctorum stigmatum in Kalendario reperitur. Itaque codex sine dubio ex ordine S. Francisci ortus esse putandus.

**1. Fol. I – VI. Kalendarium**

Ianuarius: (2) Macharius, Oct. Stephani – (3) Satirus, Oct. Iohannis – (4) Oct. innoc. – (9) Saturinus – (10) Paulus eremita – (11) Ygnatius – (13) Ylarius – (15) Maurus – (17) Antonius – (18) Liberata – (19) Bassianus – (20) Marius – (22) Anastasius – (24) nomen unum erasum, Babilla – (25) tres parvuli mart. – (27) Iohannes grisostomus (!) et Iulianus – (28) Iohannes presbyter – (29) Valerius – (30) Sabina – (31) Germinianus

Februarius: (1) Ignatius, Brigida, Severinus – (3) Blasius – (4) Veronica et Gibertus – (5) Vedastus et Amandus – (8) Eugenia – (9) Apollonia – (10) Scolastica – (11) Desiderius – (13) Eulalia – (15) Faustinus et Iunita – (25) Matheus (!) – (27) Nestor (deletum), Mathias

Martius: (1) Albinus – (4) Lutius – (7) Thomas de Aquino (8) Protius (?), Pedinus (?) et Cirilus – (9) XL mart. – (13) Macedinius et Eufroxa – (14) Lazarus ep. – (15) Matrona – (16) Patricius – (18) + Jocef (!) – (20) Benedictus – (22) Victorianus

Aprilis: (2) Abundus, Maria egiptiaca - (3) Benignus - (6) Celestinus et Vincentius - (15) Maximus, Elena - (17) Anicetus - (18) Apolonus - (20) Victor - (21) Symeon ep. - (22) Sother - (23) Marolos (!) - (24) Georgius et Monas - (25) Marchus (!) - (26) Cletus et Marcellinus - (29) Petrus mr. de ordine praed.

Maius: (1) Sigismundus - (2) Athanasius et Grata - (4) Gordanus, Florianus, Quiriacus et Monica - (7) Venerus - (8) Apparitio S. Michaelis, Victor - (13) Gangolfus - (14) Victor, Corona, Bonifatius - (16) Peregrinus - (18) Dioscorus - (19) Potentiana - (20) Bernardinus et Baxilla - (21) Valentinus - (22) Iulia - (23) Desiderius - (24) Donatianus et Rogatianus - (26) Theodorus et Eleuterius - (27) Iohannes papa - (30) Felix - (31) + Petronella

Iunius: (1) Gratianus - (2) Herasinus - (4) Quirinus - (5) Bonifatius - (6) Eustoigius - (7) Celestinus - (8) Medardus et Gidaldus - (10) ? - (11) Barnabas, Honofrius - (13) Antonius, Felicula - (14) Basilius - (15) Vitus, Modestus, Crescentia - (16) Ciriacus et Iullita - (17) Ducentus mr. - (20) Florentia + Siluerius - (21) Albanus - (22) Iulianus, Consorta (?) - (23) + Paulinus - (25) Propus, Elous

Iulius: (1) Oct. Iohannis B. - (2) Visitatio S. Mariae - (5) + Translatio Bracchii S. Blasii - (6) Tranquilinus - (7) Martialis - (8) Apolonus - + Petrus - (9) Florianus - (10) Rufinus - (11) Pius - (12) Nabor et Felix - (13) Anacletus, Margarita - (16) Quiricus et Iullita - (17) Marcellinus et Alexius - (18) Simphorosa - (20) + Helias propheta - (21) Praxedes - (22) Maria Magdalena - (23) Apolinaria - (24) Chri-  
spina - (25) Christophorus - (26) Pastor, + Anna - (27) Panthelemon, Martha - (28) Nasarus, Celsus, Victor et Innocentius

Augustus: (3) Inventio S. Stephani - (4) Iustinus - (5) Maria de niuis, Dominicus - (6) Transfiguratio domini - (8) Smaragdus - (9) Romanus, Firmus, Rusticus (quorum nominum duo posteriora deleta sunt) - (11) Susana - (12) Clara - (16) Rochus - (18) Helena, Con-

stantius - (19) Ludovicus ep. - (20) Bernardus - (22) Ypolitus, Simphorianus - (23) Vigilia - (25) Zepherinus - (26) Alexander

September: (1) Egidius - (2) Antoninus - (3) Marinus - (4) Martha - (5) Victorinus, Quintinus - (7) Gratus, vigilia - (10) Nicolaus de Tolentino - (12) Nicetus - (15) Oct. S. Mariae - (17) Satyrus - (18) Felix et Constantia - (20) Eustachius - (22) Mauritius - (23) Linus - (24) Tegla (!) - (26) Ciprianus et Iustina - (27) Elzarus (!)

October: (1) Remigius - (2) Leodegarus - (3) Candiulus - (4) Franciscus - (5) Marcellinus - (7) Sgibuchus (?) [Sergius, Bachus] - (8) Dominus et Pellagia - (9) Dionisius, Renticus et Holeritius - (10) Cernobius - (14) Fortunata - (16) Galus - (21) Ylarion, XI M. V. Mart. - (24) Gaudentius - (25) Grisantus et Doria - (26) Euaristus - (27) Yuo - (30) + Cenobius - (31) Quintius

November: (1) Omn. Sanct. - (2) Comm. omn. defunct. - (4) Vitalis et Agricola - (6) Leonardus - (7) Quatuor coronati - (9) Dedicatio basiliæ salvatoris - (10) Tupko (?), Respitius et Nimpha - (12) Martinus - (13) Britius - (14) Iohannes osainus - (18) Dedicatio apostolorum Petri et Pauli, Romanus - (19) Helisabeth et Poncianus - (20) Benignus - (21) Columbanus - (25) Kterina (!) - (26) Petrus Alexandrinus

December: (1) Eligius - (2) Bibiana - (4) Barbara - (5) Sabbas - (6) Nicolaus - (7) Ambrosius - (8) Conceptio B. Mariae - (9) Sirus - (10) Melchiada - (20) vigilia - (29) Thomas

2. Fol. 1<sup>r</sup> - 194<sup>v</sup> Breviarium secundum consuetudinem romanæ ecclesiae

Fol. 195<sup>r-v</sup> vacuum

3. Fol. 196<sup>r</sup> - 282 Psalterium

Fol. 283<sup>r-v</sup> vacuum

4. Fol. 284<sup>r</sup> - 421<sup>r</sup> Officia festivitatum sanctorum totius anni

5. Fol. 421<sup>r</sup> - 440<sup>r</sup> Commune sanctorum

6. Fol. 440<sup>r</sup> - 444<sup>v</sup> Officium Beatae Mariae Virginis

7. Fol. 445<sup>r</sup> - 448<sup>r</sup> Officium in agenda mortuorum

Explicit: "...commemorationem. Qui"

8. Fol. 449 Precationes postea inscriptae: "Commemoratio... Floret francisci

ortu..." - "Omnipotens deus...concede, ut beati francisci..." -

Credo apostolica.

K 427

(Signatura vetus: Latin Codex 8<sup>O</sup> 22.)

BERNARDUS CLARAVALIENSIS: [LIBER MEDITATIONUM. VERSIO ITALICA.]

PREDICHE DELLA PASSIONE CHRISTI E DELLA RESURRECTIONE DEL  
 NOSTRO SIGNORE. - ORIGENES: [EXPOSITIO SUPER EVANGELIUM S. IOHANNIS.  
 VERSIO ITALICA.] ESPOSITIONE SOPRA EVANGELIO DI SANCTO ZUANE. - PRECES ITALICAE

Saec. XV. - Italia - Italice

Membr. - mm 140x105 - fol. (145)

(1<sub>4</sub>, 2 - 4<sub>5</sub>, 5<sub>2+1</sub>, 6<sub>5</sub>, 7<sub>3+4</sub>, 8 - 15<sub>5</sub>) - Lineae 24 - Reclamante instructus. - Folium ultimum vacuumque deest.

Scriptura: Gothico-antiqua

Scriptor: ignotus. - Rubricatio obvenit. (Tituli rubri, litterae initiales flavae cernuntur.)

Ornamenta: Litterae initiales simplices grandesque rubrae et caeruleae occur-  
 runt, quarum prima ceteris ornatior est.Compactura: Adhibitis tabulis ligneis corio fusco signaculis compaginatois impressis praedito obtectis arte renascenti Italica coaeve fonfcta est,  
 cum fibula, quae ad medium integumenti anterioris clauditur. Resectio aurea compungendo decorata.Possessor: Comes Franciscus Vigyázó Academiae Scientiarum Hungaricæ  
 testamentaliter legavit anno 1928. (Vigyázó 877.)1. Fol. 1<sup>r</sup> - 116<sup>r</sup> Bernardus Claravallensis: Liber meditationum.

Versio Italica.

a.) Fol. 1<sup>r</sup> - 89<sup>r</sup> Predica della passione di Christo

Incipit: "Comincia la predica..."

Explicit: "...della passione di christo."

b.) Fol. 89<sup>v</sup> - 116<sup>r</sup> "Della resurrectione del nostro signore..."

Explicit: "Explicit liber meditationum beati bernardi."

2. Fol. 116<sup>v</sup> - 131<sup>v</sup> Origenes: Expositio super Evangelium  
S. Iohannis.

Versio Italica. (20. 11-18.)

Incipit: "Incominza eleuangelio..."

Explicit: "Explicit".

3. Fol. 131<sup>v</sup> - 141<sup>v</sup> Preces Italicae

"Considera laltissima prouidencia..." - "Laude deuotissima del nostro  
signor..." - "Jesu dolce dilecto amore..." - "Anima pellagrina..."

Incipit: "De la consideratione..."

Explicit: "Amen."

Fol. 142<sup>r</sup> - 145<sup>v</sup> vacua sunt

## K 428

(Signatura vetus: Latin Codex 8<sup>O</sup> 31.)

## BREVIARIUM ROMANUM AD USUM EREMITARUM S. AUGUSTINI

(Ca. 1450 - 1456) - Italia superior

Membr. - mm 133x100/91 - fol. (343)

(1 - 35<sub>5</sub>) - Columnae binae, lineae 32. Anguli superiores foliorum ultimorum, praecipue ab folio 305 mutili exhibentur, sed textu non interrupto. Reclamantibus instructus.

Scriptura: Gothico-antiqua

Scriptor: ignotus. - Rubricatio obvenit.

Ornamenta: Litterae initiales coloribus pluribus aureoque adhibitis depictae, quae ornamento marginali floribus decorato continuantur: fl. 25<sup>r</sup> (Maria cum filio Jesu ante stabulum Bethlehamiense), 35<sup>v</sup>, 38<sup>v</sup>, 90<sup>r</sup>, 100<sup>v</sup>, 115<sup>v</sup>, 124<sup>r</sup>, 155<sup>r</sup>, 163<sup>v</sup>, 171<sup>r</sup>, 177<sup>v</sup>, 183<sup>v</sup>, 188<sup>r</sup>, 193<sup>r</sup>, 200<sup>r</sup>, 205<sup>r</sup>, 213<sup>v</sup>, 214<sup>r</sup>, 214<sup>v</sup>, 215<sup>v</sup>, 216<sup>r</sup>, 217<sup>v</sup>, 219<sup>r</sup>, 221<sup>r</sup>, 241<sup>r</sup>, 248<sup>r</sup>, 258<sup>r</sup>, 273<sup>r</sup>, 276<sup>r</sup>, 279<sup>r</sup>, 283<sup>r</sup>, 290<sup>v</sup>, 295<sup>r</sup>, 304<sup>r</sup>. Litterae grandes caeruleae vel rubrae occurrunt permultae, quibus ornamenta colore rubro vel violaceo adhibito adiunguntur calamo delineata.

Compactura: Ex corio fusco obscurō signaculis compaginatoriis impressis praedito arte renascenti Italica confecta est (saec. XVI.). Dorsum postea additum. Funiculus primitivus caeruleusque, qui olim erat pro annectendo, deest.

Possessor: Comes Franciscus Vigyázó emit anno 1908 ab antiquario Zsigmond Steiner, idem testamentaliter legavit Academiae Scientiarum Hungaricae anno 1928. (Vigyázó 1120.)

Annotationes: Translatio S. Augustini (28. Febr.), item festum "monice matris sancti augustini" (4. Mai.) litteris rubris significatum indicat hoc bravia-

rium ad usum eremitarum S. Augustini confectum esse. Codicem ex Italia originem ducere praeter illuminationis modum sancti Italici in Kalendario enumerati permulti testantur: Albertinus, Apollinaris, Faustinus, Felicianus, Herculaneus, Iovita, Perpetuina, Petronella, Potentiana, Symphoriosa. Quamquam festum Faustini et Iovitae die 15. Febr. invenitur, sicut illi in dioecesi Brixiana celebrabantur, tamen ab origine Brixiana discrepat partim festum horum patronorum duorum dioecesis in Kalendario litteris non rubris significatum, partim ibidem non enumerati episcopi Brixiani: Gaudentius et Philastrus, qui in hac dioecesi sancti celebrabantur. In Kalendario iam legitur Nicolaus de Tolentino (qui anno 1446 in sanctorum numerum relatus est) et Bernardinus Senensis (cuius canonisatio anno 1450 fuit), sed festum Transfigurationis (ab anno 1457 celebatae) deest, ex quibus praeter modum scripturae illuminationisque tempus codicis conficiendi accuratius definiri potest.

Fol. 1<sup>r-v</sup> postea, sed saec. XV. inscriptum: Te Deum.

#### 1. Fol. 2<sup>r</sup> - 7<sup>r</sup> Kalendarium

Ianuarius: (2) Octaua s. Stephani - (3) Octaua s. Iohannis - (4) Octaua innocentium - (10) Paulus primus eremita - (11) Iginius - (15) Maurus - (17) Antonius - (24) Felitianus (!) - (28, 29, 31) ita deletum, ut legi non possit.

Februarius: (1) Ignatius, Brigida - (3) Blasius - (4) Gilbertus - (9) Apollonia - (10) Scolastica - (15) Faustinus, Iouita - (28) Translatio s. Augustini

Martius: (1) Herculanus - (6) Victor, Victorinus - (9) XL martyres - (13) Ansiunus (?) - (21) Benedictus - (24) Mathias

Aprilis: (17) Anacetus (?) - (22) Sotherus, Gaius - (23) Georgius - (26) Cletus, Marcellinus - (27) Marcus - (28, 29, 30) ita deletum, ut legi non possit.

Madius (!): (4) Monica mater s. Augustini - (8) Apparitio s. Mi-

chaelis - (9) Gerontius - (14) Bonifatius - (16) Vbaldus - (18) Venantius - (19) Potentiana - (20) (?) - (30) Felix - (31) Petronilla

Iunius: (3) Laurentius, Pergentinus - (11) Barnabas - (13) Antonius - (15) Vitus, Modestus, Crestentius - (20) Siluerius - (22) Paulinus, Iulianus - (30) Commemoratio S. Pauli

Iulius: (1) Octaua s. Iohannis - (2) Visitatio virg. Marie - (3) Mustiola - (6) Octaua Petri et Pauli - (7) Martialis - (10) Paternianus - (11) Pius - (12) Nabor, Felix - (13) Anacletus, Margarita (nomen posterius deletum) - (15) Quiricus, Iuluta (?) - (17) + Marina - (18) Simphoriosa - (20) + Margarita - (21) Praxedes - (22) Maria Magdalena - (23) Apollinaris - (24) Chrispina - (25) Iacobus - (26) Pastor, Anna, Venera - (27) Pantaleon - (28) Naccarius, Celsus, Victor, Innocens (?)

Augustus: (3) Inuentio corporis s. Stephani - (4) Iustinus - (5) Festum niuis, Dominicus - (8) Smaragdus - (9) Romanus - (11) Susana - (12) Simplicianus, Clara - (13) Soterus - (20) (?) - (22) Octaua assumptionis et duo nomina, quae legi non possunt - (25) Bartholomeus - (26) (?) - (31) Albertinus

September: (1) Sancti martyres XII fratres, Enidius - (2) Antonius - (3) Marinus - (7) Iohannes ep. - (10) Nicholaus - (14) Exaltatio S. Crucis - (15) Octaua s. Marie - (20) Eustathius - (12) Mathaeus - (22) Mauritius - (23) Linus - (24) Tecla - (26) Ciprianus, Iustina - (30) Dedicatio S. Michaelis

October: (1) Remigius - (4) Franciscus - (7) Bachus - (9) Dyonisius (!), Rusticus, Eleuterius, Doninus - (10) Cerbonus - (16) Gallus - (18) Lucas - (19) Desiderius - (21) XI m. virg., Ilarion - (25) Crisantus - (26) Euaristus - (30) Felix - (31) Vigilia

November: (1) Omn. sanct. - (2) Commemor. omn. defunct. - (4) Vitalis, Agricola - (5) Felix, Eusebius - (6) Leonardus - (9) Dedicatio basilicae Saluatoris - (10) Triphon, Respitius, Rupertus (?) - (12) Mar-

tinus - (13) Britius - (18) Dedicatio basilicae s. Petri et Pauli - (19)  
 Pontianus, Elisabeth - (25) Catherina - (26) Petrus Alexandrinus - (27)  
 Iacobus - (28) Saturninus - (29) Andreas

December (!) : (2) Viuiana - (4) Barbara - (5) Sabbas - (6) Nicholaus  
 - (7) Ambrosius - (8) Conceptio v. Mariae, Sauinus - (10) Melciades -  
 (24) Anastasia - (29) Thomas - (31) Silvester

2. Fol. 8<sup>r</sup> - 9<sup>r</sup> "Incipit ordo ad benedicendum (!) mensam... Congregatis fra-  
 tribus..."

Fol. 9<sup>v</sup> vacuum

3. Fol. 10<sup>r</sup> - 152<sup>v</sup> Proprium de tempore

Initio mutilum

Incipit: "...cum fueritis uelut..."

4. (Fol. 152<sup>v</sup> - 154<sup>v</sup>) "Incipit rubrica parisina super dominicas pentecosten...")

5. Fol. 155<sup>v</sup> - 223<sup>v</sup> Hymnarium

6. Fol. 223<sup>v</sup> - 303<sup>v</sup> Proprium sanctorum

7. Fol. 303<sup>v</sup> - 320<sup>r</sup> Commune sanctorum

8. Fol. 320<sup>r</sup> - 343<sup>v</sup> Officia annexa: Officium Beatae Mariae Virginis. -  
 Officium in agenda defunctorum. - In translatione sancti Francisci  
 officium. - Officium Sanctae Clarae. - Officium in festum S. Franci-  
 scis. - Benedictio salis et aquae.

Explicit: "...seuitiam superas"

## K 429

(Signatura vetus: Latin Codex kis 8<sup>O</sup> 8.)

## HORARIUM

(Ca. 1485) - Gallia, Biturigis (Bourges).

Memb. - mm 140x100 - fol. (149)

(1 - 2<sub>3</sub>, 3 - 8<sub>4</sub>, 9<sub>2</sub>, 10 - 18<sub>4</sub>, 19<sub>3</sub>, 20<sub>3+2</sub>, 21<sub>1</sub>) - Lineae 22. - Reclamante tantum  
folium 36<sup>v</sup> instructum. Anguli inferiores foliorum 1 et ab 128 usque ad 149 desunt,  
pro quibus chartacea supplebantur.

Scriptura: Bastarda

Scriptor: ignotus

Ornamenta: In officina Biturigeni (Bourges) Johannis Colombe ab operibus  
duorum illuminatorum confecta sunt. Imagines ad Kalendarium pertinen-  
tes (quarum dimensiones mm 67x40/44 sunt):

- Fol. 1<sup>r</sup> Vir ad mensam cenat, praeter caminum, et femina ei servit  
 1<sup>v</sup> Aquarius  
 2<sup>r</sup> Vir fodens  
 2<sup>v</sup> Pisces  
 3<sup>r</sup> Vir vitem amputat, famina eandem alligat  
 3<sup>v</sup> Aries  
 4<sup>r</sup> In locis naturalibus duae puellae, quarum altera coronam nectit,  
     coronam nectit, altera flores affert.  
 4<sup>v</sup> Taurus  
 5<sup>r</sup> Vir feminaque iuvenes equo albo vehuntur  
 5<sup>v</sup> Gemini  
 6<sup>r</sup> Messores  
 6<sup>v</sup> Cancer

- 7<sup>r</sup> Messis  
 7<sup>v</sup> Leo  
 8<sup>r</sup> Sator  
 8<sup>v</sup> Virgo  
 9<sup>r</sup> Vindemia  
 9<sup>v</sup> Libra  
 10<sup>r</sup> Vir uvas calcat  
 10<sup>v</sup> Scorpio  
 11<sup>r</sup> Subulcus  
 11<sup>v</sup> Sagittarius  
 12<sup>r</sup> Sus iugulatur  
 12<sup>v</sup> Capricornus

Imagines folio toto respondentes (quarum margines superiores, dum codex compingebatur, propter circumcisio[n]em mutilati sunt, dimensionibus mm 124/138x85/95):

- Fol. 13<sup>r</sup> S. Iohannes evangelista in Patmi insula  
 15<sup>r</sup> S. Lucas evangelista Beatam Mariam Virginem depingit  
 16<sup>v</sup> S. Matthaeus evangelista  
 18<sup>r</sup> S. Marcus evangelista  
 19<sup>v</sup> Golgotha  
 22<sup>v</sup> Adventus Spiritus Sancti  
 25<sup>r</sup> Salutatio angelica  
 33<sup>r</sup> Visitatio Beatae Mariae Virginis ad Elisabatham  
 42<sup>v</sup> Nativitas Jesu  
 46<sup>r</sup> Evangelium ab angelo pastoribus nuntiatum  
 49<sup>r</sup> Adoratio trium regum  
 52<sup>r</sup> Circumcisio Jesu  
 55<sup>r</sup> Beata Maria Virgo moritur  
 60<sup>r</sup> Assumptio Beatae Mariae Virginis  
 65<sup>r</sup> Betsabe lavatur  
 80<sup>r</sup> Job

- 113<sup>r</sup> Christus in Iordane baptizatur  
 117<sup>r</sup> Christus et vir iuvenis, qui fortasse codicem faciendum  
 curavit  
 119<sup>r</sup> Christi imago ad pectus delineata  
 119<sup>v</sup> Beatae Mariae Virginis imago ad pectus delineata  
 130<sup>v</sup> Decollatio S. Iohannis Baptistae  
 132<sup>r</sup> Potio venenata praebetur S. Iohanni evangelistae  
 133<sup>r</sup> S. Sebastianus  
 134<sup>v</sup> S. Nicolaus  
 135<sup>v</sup> S. Hieronymus flagellatur  
 136<sup>v</sup> S. Augustinus et puer in litore  
 137<sup>v</sup> S. Anna et Beata Maria Virgo  
 138<sup>v</sup> S. Barbara  
 140<sup>r</sup> S. Catharina de Alexandria  
 141<sup>r</sup> S. Genoveva  
 142<sup>r</sup> S. Apollonia  
 143<sup>r</sup> Beata Maria Virgo in throno caelesti ad Christi latus sedet  
 144<sup>r</sup> S. Bernardus alligat Satanam  
 145<sup>v</sup> Legenda de tribus vivis tribusque mortuis  
 147<sup>v</sup> Pietà, quae dicitur

Clavi marginales in marginibus exterioribus foliorum fere omnium coloribus pluribus aureoque adhibitis depicti sunt (quos efficiunt flores, aves, papiliones, monstra fabulosa semi-hominum, semi-animalium aliaque monstra portentosa plura, etc.) In fundo colorato litterae iniciales colore aureo depictae atque ornamenta ad lineas explendas adhibita occurrunt permulta.

**Armorum insignia:** sunt familiae Lombardiensis Pino (saec. XVIII.), sub armorum insignibus haec leguntur: "Spes mea uirescit Pinus dum celsa uirescit" (fol. 149<sup>v</sup>).

**Compactura:** Ex corio inaurato confecta est (saec. XVIII.).

**Possessor:** Familia Pino (saec. XVIII.). - Franciscus Pulszky anno 1867

Academiae Scientiarum Hungaricae donavit. Akad. Ért. 1867. p. 123. -  
(Exstat etiam orbis colore caeruleo-albo depictus, in quo sententia  
taeniae modo posita legitur: "Omnibus non omnibus" fol. 14<sup>V</sup>). -  
(Horarium pro viro confectum esse haec vocabula testantur: fol. 145<sup>r</sup>  
"michi indigno famulo tuo", 147<sup>r</sup> "me famulum".)

**Annotationes:** Sanctorum in Kalendario enumeratorum multi obveniunt Galli-  
ci, et quidem ex Galliae regionibus deversis. Festa Dionysii et Martini  
litteris rubris significata sunt. Ergo ex his indicis locus codicis con-  
ficiendi accurata definiri non potest. Notandum est inter precationes  
(Suffragia de sanctis) interque imagines apparere aliquos sanctos, qui  
in Kalendario non inveniuntur: Genoveva, Apollonia, Bernardus. Editha  
Hoffmann codicem nostrum exaratum et eo ipso illuminatum esse in of-  
ficina Biturigensi (Bourges) Johannis Colombe constituit.

**Bibliographia:** Akad. Ért. 1867. p. 123. - Edit Hoffmann: A Colombe-műhely  
egy ismeretlen imádságos könyve a Magy. Tud. Akadémiában (De libro  
precationum in officina Colombe confecto et adhuc ignoto, qui in Aca-  
demia Scientiarum Hungarica asservatur) (=Az Orsz. Magyar Szépmű-  
vészeti Múzeum Évkönyvei, 2. 1919-1920. pp. 9-21.) - Radocsay - Soltész  
pp. 29-30, 55-56. (Reproductiones tabulae XVIII-XX.)

#### 1. Fol. 1<sup>r</sup> - 12<sup>v</sup> Kalendarium

Ianuarius: (2) Oct. Stephani - (3) Oct. Iohannis - (4) Oct. Innocen-  
tium - (5) Oct. Thomae - (8) Frodobert - (10) Guillinus - (11) Columba  
- (13) Hilarus - (15) Mauricius - (17) Supplicius et Anthonius - (22) Vin-  
centius - (24) Sauinianus - (26) Policarpus - (27) Iulianus - (30) Bastil-  
des (!)

Februarius: (1) Brigida - (3) Blasius - (4) Auentinus - (6) Amandus  
- (9) Aubertus - (10) Auberta - (19) Eleutherus - (21) Hilarus - (24)  
Mathias - (28) Augustinus

Martius: (1) Albinus - (4) Adrianus - (6) Victor - (8) Cyprianus - (14)  
Leo - (17) Gertrud - (21) Benedictus - (29) Eustathius

Aprilis: (1) Valaricus - (4) Ambrosius - (6) Sixtus - (10) Leo - (17) Hermogenes - (20) Victor - (23) Georgius - (25) Marcus - (29) Petrus - (30) Eutropius

Maius: (2) Anastasius - (4) Helena - (6) Iohannes ev. - (9) Nicolaus - (14) Victor - (16) Honoratus - (19) Potentiana - (23) Desiderius - (24) Donatianus - (26) Augustinus - (28) Germanus - (31) Petronilla

Iunius: (1) Nicodemes - (4) Quirinus - (5) Bonifatius - (6) Claudus (!) - (11) Barnabas - (14) Basilius - (15) Vitus et Modestus - (16) Ciri-cus et Vilita - (25) Eligius

Iulius: (1) Oct. Iohannis Bapt. - (2) Martialis - (4) Martinus - (11) Benedictus - (15) Vedastus - (18) Arnulphus - (20) Margareta - (22) Maria Magdalena - (23) Apollinaris - (25) Iacobus - (26) Anna - (29) Lupus - (31) Germanus

Augustus: (3) Stephanus - (6) Transfiguratio - (20) Bartholomaeus - (29) Decollatio Iohannis - (25) Ludovicus - (31) Fiacrus

September: (1) Egidius - (2) Anthonius - (21) Matheus - (25) Firmi-nus

October: (1) Remigius - (4) Franciscus - (9) Dionysius - (23) Roma-nus - (25) Crispus et Crispianus - (31) Quintinus. Vigilia

November: (1) Omn. sanct. - (2) Commemoratio mort. - (10) Marti-nus - (16) Honoratus - (23) Clemens - (25) Katharina

December: (1) Eligius - (4) Barbara - (6) Nicolaus - (8) Conceptio Mariae - (17) Lazarus - (29) Thomas

2. Fol. 13<sup>r</sup> - 19<sup>r</sup> Quattuor partes Evangeliorum

3. Fol. 19<sup>v</sup> - 22<sup>r</sup> Horae de sancta cruce

4. Fol. 22<sup>v</sup> - 24<sup>v</sup> Horae de S. Spiritu

5. Fol. 25<sup>r</sup> - 64<sup>r</sup> Horae Beatae Mariae Virginis

Fol. 64<sup>v</sup> vacuum

6. Fol. 65<sup>r</sup> - 74<sup>r</sup> Septem psalmi poenitentiales

7. Fol. 74<sup>r</sup> - 79<sup>v</sup> Litania omnium sanctorum cum orationi-bus

8. Fol. 80<sup>r</sup> - 112<sup>v</sup> Vigiliae mortuorum
9. Fol. 113<sup>r</sup> - 130<sup>r</sup> Orationes
10. Fol. 130<sup>r</sup> - 149<sup>r</sup> Suffragia de sanctis. (Iohannes Bapt., Iohannes Ev., Sebastianus, Nicolaus, Augustinus, Hieronymus, Anna, Barbara, Catherina, Genoveva, Apollonia).  
Explicit: "Qui cum patre etc."

K 430

(Signatura vetus: T 55.)

HORARIUM (Fragmentum)

Saec. XIV. - Gallia.

Membr. - mm 197x93 - fol. (6)

Lineae 18. - Foliatio antiqua, sed non primitiva ab fol. 50 usque ad 55 occurrit.

Anguli foliorum mutili obveniunt.

Scriptura: Gothicca textualis

Scriptor: ignotus

Ornamenta: Litterae initiales coloribus pluribus aureoque adhibitis depictae  
atque ornamenta marginalia, ornamenta ad lineas explendas adhibita  
rubra-caerulea.

Compactura: In theca ex corio in dorno et angulis confecta asservatur.

Possessor: Ignotus. Hoc Horarium ex fragmentis Collectionis Manuscriptorum  
huc transposuimus.

Incipit: "virga directionis..."

Explicit: "...dilexisti in certa..."

## SERMONES DOMINICALES PER TOTUM ANNUM

Saec. XIII. – Italia (?)

Membr. – mm 163x115 – fol. (134)

(1<sub>10</sub>, 2<sub>11</sub>, 3 – 5<sub>12</sub>, 6<sub>10</sub>) – Foliatio primitiva ab folio XXI ad XL, ab LXI usque ad CLXXIII durat. Deest: I-XX, XLI-LX. – Lineae 47 – 52. – Reclamantibus in-structus.

Scriptura: Gothicā currens, manus duae. Manu secunda tantum in foliis duobus ultimis index litterarum ordine disposita est exarata. Glossae manibus diversis scriptae.

Scriptor: ignotus. Rubricatio obvenit.

Ornamenta: Ornamenta marginalia calamo delineata pauca occurunt.

Compactura: Ex charta densata recenter confecta est.

Possessor: Emptus ab Georgio Györffy. (Gyarap. 100/1962.) Signatura vetus plumbo exarata: Cod. Lat. 5. 14.

Incipit: initio mutilum est: "pretio eo uidelicet voluntatem..."

Sermo prima integraque est fol. 3<sup>V</sup>: "Sermo II. de epiphania."

Incipit: "Gaudere cum gaudentibus et flere cum flentibus..."

Explicit: "...in secula seculorum amen"

Fol. 134<sup>V</sup>: annotationes contemporaneae leguntur.

K 432

(Signatura vetus: Latin Codex 4<sup>o</sup> 13.)

TOSSANUS, DANIEL: ORATIO SAECULARIS HABITA HEIDELBERGAE. (1599  
dec. 31.)

(Ca. 1600) - Germania, Heidelberg

Chart. - mm 187x145 - fol. (12)

Codex, dum compingebatur, ita circumcisus est, ut et textus interruptus sit.

**Scrip**tura: Currens

**Scrip**tor: "Manus propria Magnifici domini Stephani Thököli" (fol. 2<sup>r</sup>, alia manu).

**Comp**actura: Ex charta viridi confecta est (saec. XIX.)

**Possessor:** Daniel Cornides - Codex noster in tempore condendi cum libris  
Bibliothecae Telekianae in possessionem Bibliothecae Academiae Scientiarum Hungaricae venit.

**Bibliographia:** Cornides 139.

Incipit: "Oratio secularis..."

Explicit: "...sit honor et gloria..." Post hoc olim linea una secuta est,  
cuius tantum partes superae remanserunt, itaque legi non potest.

Fol. 1<sup>v</sup> et 12<sup>r-v</sup> vacua sunt.

K 433

(Signatura vetus: Latin Codex 4<sup>o</sup> 14.)

DOMINIS, MARCUS ANTONIUS DE: AB IDOLATRIA ROMANENSIMUM AD CHRISTIANISMUM TRANSITIO

Saec. XVII. - Italia

Chart. - mm 187x145 - fol. (14)

Codex, dum compingebatur, ita circumcisus est, ut etiam textus interruptus sit.

Scriptura: Currens, manus duae

Scriptor: ignotus.

Compactura: Ex charta viridi confecta est (saec. XIX.)

Possessor: Daniel Cornides - Codex noster in tempore condendi cum libris

Bibliothecae Telekianae in possessionem Bibliothecae Academiae Scientiarum Hungaricae venit.

Bibliographia: Cornides 113.

Incipit: "Marci Anthonii de Dominis..."

Explicit: "Venetijs 20 Septemb. MD CXVI."

Fol. 1<sup>V</sup>, 13<sup>R</sup> - 14<sup>V</sup> vacua sunt.

K 434

(Signatura vetus: Latin Codex 4<sup>o</sup> 24.)

CURTIUS RUFUS: [DE GESTIS ALEXANDRI MAGNI.] Trad. in Ital. a Petro Candido Decembrio. ISTORIA D'ALEXANDRO MAGNO III-XII. Cum dedicatione ad Philippum Mariam ducem de Milano et Pavia

1438. – Italia. Panormus (Palermo) – Italice

Chart. – mm 260x194/197 – fol. (132)

(1 – 16<sub>4</sub>, 17<sub>2</sub>) – Columnae binae, lineae 39. – In folio primo fissurae minores quattuor apparent.

Scriptura: Gothico-antiqua

Scriptor: ignotus. – Emendatus in aliquot locis atque glossae marginales manibus aliis exaratae. – Rubricatio obvenit.

Ornamenta: Litterae initiales grandes coloribus pluribus depictae: 1<sup>r</sup> (hic et armorum insignia exstant), 6<sup>v</sup>, 19<sup>v</sup>, 43<sup>r</sup>, 57<sup>v</sup>, 58<sup>v</sup> (hic tantum adumbratio litterae apparent sine coloribus), 72<sup>v</sup>, 89<sup>v</sup>, 108<sup>r</sup>, 121<sup>v</sup>, 125<sup>r</sup>, 125<sup>v</sup>, 126<sup>r</sup>. Litterae primae coloribus nigro-rubro adhibitis calamo delineatae occurunt permultae atque ornamenta marginalia coloribus nigro-rubro adhibitis calamo delineata (figurae deformes etc.)

Armorum insignia: Indefinitiva: scutum aureum corona praeditum cum fasciis transversariis caeruleis, in quibus avis fusca stat (fol. 1<sup>r</sup>). Similia armorum insignia colore nigro adhibito impressa ter obveniunt.

Compactura: Ex corio marmoris instar operato confecta est, resectio rubra saec. XVIII.

Possessor: Ad domo Francisci Perellae anno 1904 emit Comes Franciscus Vi-  
gyázó, idem testamentaliter legavit Academiae Scientiarum Hungaricae  
anno 1928 (Vigyázó 857.)

**A n n o t a t i o n e s :** Quoniam Decembrio libros in linguam Latinam transferre Mediolani die 21. Apr. anno 1438 absolvit (teste editione unica saec XV. ex anno 1478 GW 7877), ita tempore Panormitano (Palermo), quod est in colophone manuscripti nostri, non confectum, sed rescriptum opus indicatur.

1. Fol. 1<sup>r</sup> - 6<sup>v</sup> Petrus Candidus Decembrius: La comparazione di Gaio Julio Cesare da Alessandro Magno  
 Incipit: "Al serenissimo principio (!) ... philippo maria..."  
 Explicit: "....stati ynnamorat."
2. Fol. 6<sup>v</sup> - 131<sup>v</sup> Curtius Rufus: Istoria d'Alessandro Magno... traducta in vulgare da Petro Candido Dezembrio  
 Incipit: "Incomencia listorya dalexandro magn..."  
 Fol. 57<sup>r</sup> "Inuesta parte... e perduto el fine del quinto libro... Et perche listoria delamorte dadario era imperfecta, P. Candido recercata quella in lelictere greche e ritrouata in lilibry di plutarch... fidelmente laue transferita inlingua latina inuesta forma"  
 Explicit: "...fuisse lo duodecimo el lultimo libro ... traducta...per P. P. Candido decembre... M.c.c.c.c.<sup>o</sup> XXXVIII Adie xxij de mese decembre In palermo...Qui scripsi scribat...Amen."

## K 435

(Signatura vetus: Latin Codex 4<sup>o</sup> 26.)

**ANTIPHONARIUM. (LIBER INTONATIONALIS PRO USU ORDINIS PRAEDICATORUM)**

1512. - Hungaria Transsilvania, Cibinii (Nagyszeben, Hermannstadt, hodie: Sibiu, Rumania)

Membr. - mm 251x165/170 - fol. (I-II) 36 (III)

(1 - 4<sub>4</sub>, 5<sub>2</sub>) - Inter folia 33/34 et 35/36 folia singula desunt.

**Scriptura:** Gothica textualis formata et Gothica minuscula. Notae musicae quadratae in lineis quattuor dispositae occurunt.

**Scriptor:** Frater Simon de Transilvania. - Rubricatio obvenit.

**Ornamenta:** Usque ad fol. 25<sup>r</sup> litterae initiales minores et maiores nigrae, partim large decoratae, nonnulla parte et colore rubro ornatae apparent.

Ab fol. 25<sup>v</sup> litterae initiales grandes rubrae exstant (uno loco littera initialis coloribus rubro-albo depicta). In folio ultimo littera initialis omnium maxima nigra, colore flavo decorata invenitur. In hoc folio etiam rubricatio obvenit flava.

**Compactura:** Ex corio viridi nullis ornamentis praedito confecta est (saec. XIX.). Manuscriptum, dum codex compingebatur, circumcisum est ita, ut etiam illa littera initialis magna mutilata esset.

**Possessor:** "Pater frater Iacobus Grilli" 1512. - Ab domo Londoniensi Quaritch anno 1882 emit Gustavus Emich (MKSzle 1882. 418-419.) Exlibris, quod dicitur armorum insignibus praeditum: "Ex libris Gustavi Emich de Emőke." - Antiquarius Ranschburg. - Comes Franciscus Vigyázó donavit anno 1928 Academiae Scientiarum Hungaricae. (Vigyázó 860.)

**Annotatio nes:** Antiphonae, quae "Benedictus" et "Magnificat" incipiunt, totius anni exstant. Codicem ex ordine praedicatorum ortum esse indicia in "Proprio de sanctis" vocabulaque testantur huiusmodi: "dicendi sunt a sacerdote in conuentu" (24<sup>r</sup>), "fratribus in choro" (26<sup>v</sup>), "De transitu fratris in clau stro" (30<sup>v</sup>).

**Bibliographia:** Londonból visszakerült hazai vonatkozású kézirat. (De manu scripto aliquo ad res patrias spectanti, quod ex Londonio nuper relatum est.) MKSzle 1882. 418–419. – Szendrei I. nr. C. 131.

1. Fol. 1<sup>r</sup> – 15<sup>r</sup> **D e tempore**

Incipit: "Dominica prima in aduentum. sabbato praecedenti. Ad magnificat antiphona Ecce nomen..."

2. Fol. 15<sup>v</sup> – 22<sup>v</sup> **Proprium de sanctis**

(Nicolaus, Petrus martyr, Festum coronae Domini, Translatio Dominici, Octava Iohannis, Maria Magdalena, Dominicus, Octava Augustini, Omnes sancti, In officium defunctorum, Katherina)

3. Fol. 23<sup>r-v</sup> **Commune sanctorum**

4. Fol. 24<sup>r</sup> **In officio B. Mariae V. in sabbatis**

5. Fol. 24<sup>v</sup> – 25<sup>v</sup> **Versiculi dicendi ante laudes**

6. Fol. 25<sup>v</sup> – 36<sup>r</sup> **De communione infirmi**

"De extrema unccione (!)... De transitu fratris... letania... Recommenda-  
tio anime".

Explicit: "Hoc opus fecit fieri Reuerendus pater frater Jacobus grilli Ju-  
bilarius. oretis pro es. Et est finitum per me fratrem Simonem  
de transsiluania. Anno humanitatis dei. 1512 die Junij. von der  
Hermestat Rotgyn."

K 436

(Signaturae veteres: Latin Codex 2<sup>o</sup> 6. - Latin Codex 2<sup>o</sup> 21.)

PLUTARCHOS: VITAE PARALLELAE. (Quaedam partes.) In Latinum trad.

Leonardus Brunus Aretinus et Iacobus Angelus.

Medio saec. XV. - Italia

Membr. - mm 255x160 - fol. (58)

(1<sub>10</sub>, 2<sub>8</sub>, 3<sub>5+4</sub>, 4<sub>6</sub>, 5<sub>5+4</sub>, 6 - 7<sub>8</sub>). - Lineae 30. - Reclamantibus plerumque in-  
structus.

Scriptura: Humanistica antiqua rotunda

Scriptor: ignotus

\* Ornamenta: nulla sunt.

Compactura: Ex corio fusco inaurato confecta est (saec. XIX.).

Possessor: Franciscus Pulszky anno 1867 Academiae Scientiarum Hungaricae  
donavit, (cuius exlibris, quod dicitur, exstat).

1. Fol. 1<sup>r</sup> - 18<sup>v</sup> "Tiberii et Caii Gracchorum uitam ex Plutharco (!) de com-  
parationibus in Latinum Leonardus Aretinus transtulit."

Explicit: "... explicit."

Fol. 18<sup>v</sup> vacuum est.

2. Fol. 19<sup>r</sup> - 33<sup>r</sup> "Leonardi Aretini prologus in uitam Sertorii ad Antonium  
Luschum...Q. Sertorii uitam ex plutarcho in Latinum Leonardus Areti-  
nus traduxit."

Explicit: "Explicit."

Fol. 33<sup>v</sup> - 34<sup>v</sup> vacua sunt.

3. Fol. 35<sup>r</sup> - 58<sup>r</sup> "Marci Tullii Ciceronis uitam ex Plutharco (!) ... Iacobus  
Angelus traduxit".

Explicit: "Vita M. Tullii Ciceronis explicit."

Fol. 58<sup>v</sup> vacuum

K 437

(Signatura vetus: Latin Codex 2<sup>o</sup> 12.)

ALCHABITIUS (<sup>c</sup>Abd-al - <sup>c</sup>Aziz Ibn-<sup>c</sup>Utman Ibn <sup>c</sup>Ali al-Qabisi): LIBELLUS ISAGOGI-CUS. Trad. Iohannes Hispalensis

(1317.) - Italia

Membr. - mm 267x201 - fol. (13)

([1], a<sub>4</sub>, b<sub>2</sub>). - Lineae 50 - 54. - Reclamantibus instructus.

Scriptura: Gothica cursiva

Scriptor: ignotus. - Rubricatio obvenit.

Ornamenta: Tantum litterae initiales grandes rubraeque.

Compactura: Adhibito linteo viridi confecta est (saec. XIX.).

Possessor: Josephus Lugossy donavit Academiae Scientiarum Hungaricae anno 1842 (RAL 111/1842.)

Annotationes: Josephus Lugossy in litteris donationalibus scribit hoc libellum fuisse partem unam voluminis maioris, quo interpretationes Iohannis Hispalensis olim continebantur, "sed partes ceteras nancisci ego non potui, tantum hanc partem unicam comparavi auctione, cum hae partes dissolutae venderentur singulae, sed in parte ultima et eo ipso pretiosissima, qua opus suum Epitome etc. Iohannis nostri continebatur, eadem manu haec exarata legi poterant: Explicit... 1317."

Incipit: "Incipit liber ysagogarum alkabicy ad iudicia..."

Explicit: "Perfectus est introductorius abdilaçiz idest serui ...dei, qui dicitur alkabiçi ad magistrorum (!) iudiciorum astrorum. Interperactus (!) a Iohanne yspalense. Explicit."

K 438

(Signatura vetus: Latin Codex 2<sup>o</sup> 16.)

## BIBLIA LATINA

Saec. XIV/1. - Austria Inferior. Gaming, O. Chartus.

Membr. - mm 275x217 - fol. (446)

I: 1 - 5<sub>10</sub>, 6<sub>8</sub>, 7 - 19<sub>10</sub>, 20<sub>5+8</sub>; II.: 1 - 10<sub>10</sub>, 12<sub>12</sub>, (12a<sub>6+5</sub>), 13 - 19<sub>10</sub>,  
 (20<sub>3+2</sub>, 21 - 23<sub>10</sub>, 24<sub>4+3</sub>). Fasciculi numeris instructi, in foliis ultimis fasciculorum numeri Arabici apparent, numeri Romani priores fere omnes abscisi vel deleti sunt. - Columnae binae, lineae inter 32 et 48 alternantur. - Reclamantibus tantum pars prima instructa erat, sed etiam illi reclamantes, dum codex compingebatur, plerumque amissi sunt. In margine exteriore folii 65 pars quaedam abcisa est, ibidem fissura cernitur.

Scriptura: Gothicca textualis

Scriptor: Pluribus manibus ignotis exaratus est. Emendatus manibus diversis.

Rubricatio obvenit. Fol. 201<sup>r</sup>: "Hic cessauimus a correctura feria tertia post Dominicam inuocavit."

Ornamenta: Litterae initiales minores et maiores coloribus caeruleo-rubro,

rubro, rubro-albo, rubro-nigro, viridi-rubro adhibitis depictae: fol.  
 1<sup>r</sup>, 3<sup>r</sup>, 41<sup>r</sup>, 57<sup>v</sup>, 91<sup>v</sup>, 132<sup>r</sup>, 144<sup>v</sup>, 145<sup>r</sup>, 161<sup>r</sup>, 164<sup>r</sup>, 164<sup>v</sup>, 165<sup>r</sup>, 167<sup>r</sup> (2), 171<sup>v</sup>,  
 172<sup>r</sup>, 177<sup>v</sup>, 187<sup>r</sup>, 189<sup>r</sup>, 189<sup>v</sup>, 190<sup>v</sup>, 192<sup>v</sup>, 199<sup>v</sup>, 202<sup>v</sup>, 324<sup>r</sup>, 325<sup>r</sup>, 331<sup>r</sup>, 332<sup>r</sup>, 410<sup>r</sup>.

Compactura: Ex corio inaurato confecta est (saec. exeunt. XVIII.), cum resectione caerulea, marmoris instar operata.

Possessor: "Ista biblia est dom[us] throni b[ea]te Marie in Gemnyko carth[usiani] ord[inis] (saec. XV.) (fol. 1<sup>r</sup> et 202<sup>r</sup>) - Bibliotheca cardinalis Henzan, Savaria (Szombathely) (signum armorum insignibus praeditum antefolio appositum est nigrum, in foliis 445<sup>v</sup> et 446<sup>r</sup> similia signa rubra cer-

nuntur). – Comes Franciscus Vigyázó ab antiquario Alexandro Kun anno 1910 emit. Idem testamentaliter legavit Academiae Scientiarum Hungaricae anno 1929. (Vigyázó 8581. Gyarap. 44-1934/35.) – Hic codex sine dubio videtur unus fuisse eorum, qui anno 1909 exhibitione Savariensi sublati sunt. (Géfin Gyula: A szombathelyi egyházmegye története. (Iulius Géfin: Historia dioecesis Savadiensis.) I. Szombathely 1929. 227.)

**A n n o t a t i o n e s:** Codex noster olim ex voluminibus duobus constitisse videtur, quoniam ab fol. 202 numeri fasciculorum iterum incipiunt atque fol. 202<sup>r</sup> monasterium, quod codicem possidebat, rursus adscriptum est.  
Folia vacua: 201<sup>v</sup>, 333<sup>r</sup> – 334<sup>v</sup>, 409<sup>v</sup>, 446<sup>r-v</sup>.

K 439

(Signatura vetus: Latin Codex 2<sup>o</sup> 9.)

## LEO I. PAPA: SERMONES

(Ca. 1450 - 1470.) - Italia, Florentia.

Membr. - mm 283x197 - fol. 169

1 - 24<sub>4</sub>. Foliatio primitiva exstat. Desunt: fol. 52, 170. Fol. 94 numero "64"  
erronee praeditum est. - Reclamantibus instructus.

Scriptura: Humanistica antiqua rotunda

Scriptor: ignotus. - Rubricatio: tantum tituli sunt litteris rubris exarati.

Ornamenta: Fol. 3<sup>r</sup>: margines ornamentis albis ramorum instar tortuosis  
decorati atque littera initialis, folio medio inferiore locus vacuus ar-  
morum insignibus relictus est. Ceterum litterae primae grandes tantum  
simplices rubrae et caeruleae occurunt.

Armorum insignia: illorum locus vacuus appareat.

Compactura: Adhibitis tabulis ligneis corio rubro signaculis compaginatois  
impressis praedito obtectis arte renascenti Florentina coaeve confecta est,  
ex fibulis quattuor, quae olim ad integumentum posterius cladebantur,  
tantum integumento anteriore clavuli octodentes stellaeque formam re-  
ferentes manserunt. Resectio aurea compungendo decorata, resectione  
superiore: "4", inferiore: "Ser. s. Leonis" legitur.Possessor: Signum monogrammate F[ranz] G[oldhann] instructum cernitur.(Vide Unterkircher. III. 1. 188.) - Comes Josephus Teleki donavit anno  
1841 Academiae Scientiarum Hungaricae. - Signum saec. XIX. appositum:  
"Ex Bibliotheca antiqua Budensi Corviniana". Codicem ex Bibliotheca Cor-  
viniana ortum esse nulla indicia testabantur, nisi quaedam opinio. Alexius  
Jakab in catalogo vetere Collectionis Manuscriptorum de hoc codice

scripsit: "Pro Matthia Corvino exaratus esse videtur, quamvis eius armorum insignia fol. 3 desunt, tamen compactura convenit compacturae codicis Iauriensis authentice Corviniana." Sed compactura codicis Iauriensis Corviniani arte renascenti Florentina confecta est, sine armorum insignibus. Idem Alexius Jakab hunc codicem nostrum ex bibliotheca Kisbériensi Casimiri Batthyány ab eodem donatum in possessionem Bibliothecae Academiae Scientiarum Hungaricae venisse erronee scripsit (Jakab 23.) - Donatio Josephi Teleki in consilio minore Academiae Scientiarum Hungaricae die 28. Jun. anno 1841 declarata est.

Bibliographia: Akad. Ért. 1. 1841. 66. - Jakab 23. - Reproductio invenitur: Sz. Koroknay Éva: Magyar reneszánsz könyvkötések. (Compacturae Hungaricae arte renascenti confectae.) Budapest 1973. Imago 2. (Művészettörténeti füzetek 6.) (= Fasciculi ad historiam artium spectantes 6.)

1. Fol. 1<sup>r</sup> - 2<sup>v</sup> Tabula sermonum
2. Fol. 3<sup>r</sup> - 4<sup>r</sup> Sermo 1. de ordinatione sua. (P. L. 54. 1+2.)
3. Fol. 4<sup>r</sup> - 6<sup>r</sup> Sermo 2. eodem. (Pl. L. 54. 3.)
4. Fol. 6<sup>r</sup> - 8<sup>r</sup> Sermo 3. - de eodem. (Pl. L. 54. 4.)
5. Fol. 8<sup>r</sup> Sermo 4. de collectis. (P. L. 54. 6.)
6. Fol. 8<sup>r-v</sup> Sermo 5 de collectis. (P. L. 54. 7.)
7. Fol. 8<sup>v</sup> - 9<sup>r</sup> Sermo de collectis. (P. L. 54. 8.)
8. Fol. 9<sup>r</sup> - 11<sup>r</sup> Sermo 7. de eodem. (P. L. 54. 9.)
9. Fol. 11<sup>r</sup> - 12<sup>v</sup> Sermo 8. de eodem. (P. L. 54. 10.)
10. Fol. 12<sup>v</sup> - 14<sup>r</sup> Sermo 9. de ieunio. (P. L. 54. 12.)
11. Fol. 14<sup>r-v</sup> Sermo 10. de eodem. (P. L. 54. 13.)
12. Fol. 14<sup>v</sup> - 15<sup>r</sup> Sermo 11. de eodem. (P. L. 54. 14.)
13. Fol. 15<sup>r</sup> - 16<sup>r</sup> Sermo 12. de eodem. (P. L. 54. 15.)
14. Fol. 16<sup>r</sup> - 18<sup>v</sup> Sermo 13. de eodem. (P. L. 54. 16.)
15. Fol. 18<sup>v</sup> - 10<sup>v</sup> Sermo 14. de eodem. (P. L. 54. 17.)
16. Fol. 19<sup>v</sup> - 21<sup>r</sup> Sermo 15. de eodem. (P. L. 54. 18.)

17. Fol. 21<sup>r</sup> - 22<sup>v</sup> Sermo 16. de eodem. (P. L. 54. 19.)
18. Fol. 22<sup>v</sup> - 23<sup>v</sup> Sermo 17. De nativitate Domini. (P. L. 54. 21.)
19. Fol. 23<sup>v</sup> - 26<sup>v</sup> Sermo 18. de eodem. (P. L. 54. 22.)
20. Fol. 26<sup>v</sup> - 28<sup>v</sup> Sermo 19. de eodem. (P. L. 54. 23.)
21. Fol. 28<sup>v</sup> - 31<sup>r</sup> Sermo 20. de eodem. (P. L. 54. 24.)
22. Fol. 31<sup>r</sup> - 33<sup>v</sup> Sermo 21. de eodem. (P. L. 54. 25.)
23. Fol. 33<sup>v</sup> - 36<sup>r</sup> Sermo 22. de eodem. (P. L. 54. 26.)
24. Fol. 36<sup>r</sup> - 38<sup>v</sup> Sermo 23. de eodem. (P. L. 54. 27.)
25. Fol. 38<sup>v</sup> - 41<sup>r</sup> Sermo 24. de nativitate. (P. L. 54. 28.)
26. Fol. 41<sup>r</sup> - 42<sup>v</sup> Sermo 25. de nativitate. (P. L. 54. 29.)
27. Fol. 42<sup>v</sup> - 45<sup>v</sup> Sermo 26. de nativitate. (P. L. 54. 30.)
28. Fol. 45<sup>v</sup> - 47<sup>r</sup> Sermo 27. de epyphania domini. (P. L. 54. 31.)
29. Fol. 47<sup>r</sup> - 48<sup>v</sup> Sermo 28. de epyphania. (P. L. 54. 32.)
30. Fol. 48<sup>v</sup> - 50<sup>v</sup> Sermo 29. de epyphania. (P. L. 54. 33.)
31. Fol. 50<sup>v</sup> - 53<sup>v</sup> Sermo 30. de epyphania. (P. L. 54. 34.)
32. Fol. 53<sup>v</sup> - 55<sup>v</sup> Sermo 31. de epyphania. (P. L. 54. 35.)
33. Fol. 55<sup>v</sup> - 57<sup>v</sup> Sermo 32. de epyphania. (P. L. 54. 36.)
34. Fol. 57<sup>v</sup> - 59<sup>r</sup> Sermo 33. de epyphania. (P. L. 54. 37.)
35. Fol. 59<sup>r</sup> - 60<sup>v</sup> Sermo 34. de epyphania. (P. L. 54. 38.)
36. Fol. 60<sup>v</sup> - 63<sup>r</sup> Sermo [35.] de quadragesima. (P. L. 54. 39.)
37. Fol. 63<sup>r</sup> - 65<sup>r</sup> Sermo [36.] de quadragesima. (P. L. 54. 40.)
38. Fol. 65<sup>r</sup> - 66<sup>v</sup> Sermo 37. de quadragesima. (P. L. 54. 41.)
39. Fol. 66<sup>v</sup> - 69<sup>v</sup> Sermo 38. de quadragesima. (P. L. 54. 42.)
40. Fol. 69<sup>v</sup> - 71<sup>v</sup> Sermo 39. de quadragesima. (P. L. 54. 43.)
41. Fol. 71<sup>v</sup> - 73<sup>v</sup> Sermo 40. de quadragesima. (P. L. 54. 44.)
42. Fol. 73<sup>v</sup> - 75<sup>v</sup> Sermo 41. de quadragesima. (P. L. 54. 45.)
43. Fol. 75<sup>v</sup> - 77<sup>v</sup> Sermo 42. de quadragesima. (P. L. 54. 46.)
44. Fol. 77<sup>v</sup> - 79<sup>r</sup> Sermo 43. de quadragesima. (P. L. 54. 47.)
45. Fol. 79<sup>r</sup> - 81<sup>r</sup> Sermo 44. de quadragesima. (P. L. 54. 48.)
46. Fol. 81<sup>r</sup> - 83<sup>v</sup> Sermo 45. de ieunio quadragesimo. (P. L. 54. 49.)

47. Fol. 83<sup>v</sup> - 85<sup>r</sup> Sermo 46. de ieunio quadragesimo. (P. L. 54. 50.)
48. Fol. 85<sup>r</sup> - 88<sup>r</sup> Lectio sancti euangelii secundum Matheum. 47. (P. L. 54. 51.)
49. Fol. 88<sup>r</sup> - 90<sup>r</sup> Sermo 48. de passione domini. (P. L. 54. 52.)
50. Fol. 90<sup>r</sup> - 91<sup>r</sup> Sermo 49. de passione domini. (P. L. 54. 53.)
51. Fol. 91<sup>r</sup> - 93<sup>r</sup> Sermo 50. de passione domini. (P. L. 54. 54.)
52. Fol. 93<sup>r</sup> - 95<sup>r</sup> Sermo 51. de passione domini. (P. L. 54. 55.)
53. Fol. 95<sup>r</sup> - 96<sup>v</sup> Sermo 52. de passione domini. (P. L. 54. 56.)
54. Fol. 96<sup>v</sup> - 98<sup>r</sup> Sermo 53. de passione domini. (P. L. 54. 57.)
55. Fol. 98<sup>r</sup> - 100<sup>v</sup> Sermo 54. de passione domini. (P. L. 54. 58.)
56. Fol. 100<sup>v</sup> - 103<sup>v</sup> Sermo 55. de passione domini. (P. L. 54. 59.)
57. Fol. 103<sup>v</sup> - 105<sup>r</sup> Sermo 56. de passione domini. (P. L. 54. 60.)
58. Fol. 105<sup>r</sup> - 107<sup>r</sup> Sermo 57. de passione domini. (P. L. 54. 61.)
59. Fol. 107<sup>r</sup> - 109<sup>r</sup> Sermo 58. de passione domini. (P. L. 54. 62.)
